

APPENDIX I: LEAKE CARTULARY DOCUMENTS RELATING TO BEAUCHIEF ABBEY

The Leake Cartulary is held at Derbyshire Record Office (D 1005 Z/E1). It was compiled c.1574 for Sir Francis Leake of Sutton, near Chesterfield (d. 1588), and contains extracts from several monastic cartularies relating to estates acquired by his family after the Dissolution. Twelve charters relating to Beauchief abbey's Harewood Grange estate in Beeley are transcribed on pages 39–43. Seven of these documents appear in the abbey's cartulary (**164–167, 183, 187–188**). The Leake copies were most probably transcribed from originals, rather than from this cartulary, and contain lists of witnesses and other details omitted there. These omissions have been given in the textual apparatus of the relevant documents printed above.

The documents printed below are those concerning the abbey but which do not appear in its cartulary. They have been given in full. The manuscript references (L) refer to the Leake Cartulary.

1. See **164**.

2. See **165**.

3. See **166**.

4. See **167**.

5. Gift in free alms by Walter Chauz,¹ son and heir of Thomas Chauz of Brampton, to Beauchief abbey of common of pasture at Harewood Grange and in the soke of Brampton. [1260–1289]

Omnibus Cristi fidelibus ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit Walterus Chauz, filius et heres Thome Chauz de Bramton, salutem in Domino sempiternam. Noveritis me pro salute anime mee et omnium antecessorum^a et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse abbati et conventui de Bello Capite et eorum successoribus, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, communem pasture ad omnia animalia sua

levancia vel cubancia ad grangiam suam de Harwod, vel ibidem causa pascue aliquo tempore^b morancia, ubicumque voluerint in soka de Brampton, tam super moram quam super alias terras cultas et non cultas, ubi ego predictus Walterus vel alii liberi homines de soka de Bramton⁷ communem antea habuimus. Tenendum et habendum dictis abbati et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam, sine aliquo contradictione mei vel heredum meorum, sicut aliqua elemosina liberius haberi potuerit vel teneri. Ego vero dictus Walterus et heredes mei vel assignati predictum communem pasture predictis abbati et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam, ut predictus est, cum libero introitu et exitu et omnibus aliis aisiamentis et pertinentiis suis contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et ubique imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus: domino Thome de Chaworth, domino Willelmo de Steynsbye et Johanne de Bramton,¹ cum aliis.^{c2}

L p. 40.

W = British Library, Wolley Charters, III, 35 (I.H. Jeayes, *A Descriptive Catalogue of Derbyshire Charters in Public and Private Libraries and Muniment Rooms*, no. 426). The seal is missing.

R = Cambridge University Library, Add. MS 3897, pp. 18–19, transcript no. 6 by John Reynolds, junior, made in 1777; Reynolds notes that the seal is gone.

^a *ancessorum* L ^b *tempore* interlined.

^c *Willelmo de Steynsbye et Johanne de Bramton, cum aliis: Willielmo de Staynesby, Roberto le Graunt, Johanne de Bramton, Roberto de Resesby, Hugone de Linhaker, Nicholao de Holm, Thoma de Wodhuse, Petro de Le Bernes, et aliis* R.

¹ His family came from Pays de Caux in Normandy. From the late twelfth century until the fifteenth century their Derbyshire seat was Caux Hall, Brampton, now Caushouse Farm (G. Turbutt, *A History of Derbyshire*, 4 vols (Cardiff, 1999), II, pp. 484–485, 491).

² Robert le Graunt witnessed **60** (1279); Sir William of Stainsby and Robert of Resesby together witnessed **90**.

6. Gift in free alms by Thomas of Beeley¹ to Beauchief abbey, for the sake of his soul and of that of his wife Cecily, of common of pasture for 80 she goats and their young under one year, of heather, turf, bracken, and quarry stone for all their needs, at Harewood grange below the common pasture at Beeley. Confirmation by Thomas of grants of

land, tenements, dues, and services made in Beeley by his ancestors. 24 December 1335.

Omnibus Cristi fidelibus hoc scriptum visuris vel auditoris Thomas de Beleg^h salutem in Domino. Noveritis me divine pietatis intuitu et pro salute anime mee et Cecelie uxoris mee et omnium antecessorum meorum et heredum meorum dedisse et concessisse Deo et ecclesie beati Thome martiri de Bello Capite et abbati et conventui ibidem Deo servientibus et eorum successoribus imperpetuum communem pasture ad octoginta capras cum eorum exitu unius anni, brueram, turbas, feugerium, cirpos et quarreram pro lapidibus fodiendis et cariandis ad necessaria sua apud grangiam suam de Harewod infra communem pasturam de Beleg^h =. Concessi enim et confirmavi eisdem abbati et conventui et eorum successoribus imperpetuum omnes terras et tenementa, redditus et servicia quorumque tenementorum et tenencium in Beleg^h = in liberam, puram et perpetuam elemosinam, que habuerunt ex dono et concessione quorundam antecessorum meorum. Habenda et tenenda omnia hec predicta sibi et successoribus suis in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis. Et ego predictus Thomas et heredes mei predictam communam pasture, brueram, turbas, feugerium, cirpos^a et quarreram, terras et tenementa, redditus et servicia cum omnibus pertinentiis suis in Beleg^h, sine aliquo retenemento seu impedimento, contra omnes gentes warrantizabimus, acquietabimus et ubique^b defendemus. In cuius rei testimonium huic^c presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus: Johanne Bard', Roberto de Muffeld de Bramton, Roberto de Gratton, Roberto de Knyveton, et aliis.^d Dat' apud Beleg^h die Dominica proxime^e ante festum Natalis Domini anno Domini millesimo ccc^{mo} xxx^{mo} v^{to}.

L p. 40.

^a possibly *crophas*, that is cropping (of trees). ^b *ubique* L ^c *hui* L
^d *alii* L ^e *post* struck through.

¹ Thomas de Belay, who confirmed the charters and grants of his ancestors, is commemorated in the Obituary (26 October).

7. Gift by Ralph of Freshmall, keeper of the property of Robert of Reresby,¹ to Beauchief abbey of common of pasture on the moor of Ashover and of dues and services from the tenement of Roger of Marcham and from two

cottages given by Robert of Reresby. Chirograph. [1260–1290]

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Rad[ulph]us de Freshemall, custos terre et Ser Roberti de Reresby, salutem in Domino. Noveritis me concessisse religiosi viris abbati et conventui de Bello Capite quod ipsi habeant^a pacificam possessionem communis pasture in mora de Esschoure, et quod habeant^b possessionem redditus et servic[iorum] pertinentium de ten[emento] quod fuit Rogeri de Marcham et de duobus cotagiis que habuerunt ex donacione Roberti de Reresbye, prout in scriptis sibi factis per Robertum de Reresby et Margeriam, que fuit uxorem Rad[ulph]i de Reresby, continetur. Ita quod predicti religiosi viri per me vel aliquem meorum, ratione custodie Rad[ulph]i, filii et heredis Roberti de Reresby, vel ratione custodie heredis Galfridi, de monasteriis nullatenus de predictis redditibus vel serviciis, pastura vel cotagiis inquietent quoquomodo seu graventur. In cuius rei testimonium presenti scripto cirographato sigilla nostra alternatim apposuimus.

L p. 40.

^a *heant* L ^b *habeat* L

¹ Robert of Reresby witnessed 26 (c.1269–1289).

8. Gift in free alms – following a dispute in the wapentake of Scarsdale between abbot William of Folkingham¹ and the convent of Beauchief on the one hand and Margery, widow of Ralph of Reresby, on the other over pasture on the moor of Ashover – by Margery to Beauchief abbey of common of pasture on the moor of Ashover for all animals kept at their grange at Harewood within the following boundaries, viz. the land contained in the area from Serleforkes by Hereward's Street south to the road which leads from Darley to Shooterslea and then up past Peasunhirst to Wiliswodd and then to Alwaldsetes and Walton, then down to Eastwood; and of freedom from fines for escaped animals for the whole moor of Ashover beyond the aforesaid boundaries. Chirograph. [1290–1320]

Omnibus Cristi fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris Margeria, quondam uxor Rad[ulph]i de Rerisby, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod cum contencio mota

fuit^a in wapintak' de Scarnesdale^b inter fratrem Willelmum de Folkingham^c abbatem de Bello Capite et eiusdem loci conventum ex parte una et meipsam ex altera, super certis divisis in pastura more de Essover in qua predicti abbas et conventus et eorum predecessores communicaverunt^d a tempore cuius non exstat^e memoria cum omnimodis animalibus suis ad grangiam suam de Harewod quocumque modo pertinentibus, tandem communibus amicis intervenientibus quievit predicta contencio in hac forma: videlicet quod ego predicta Margeria concessi, in legitima viduitate mea, et de me et heredibus meis et quibuscumque assignatis meis omnino quietum clamavi,^f in liberam, puram et perpetuam elemosinam, predictis abbati et conventui et eorum successoribus predictam communam^g pasture in mora de Essover infra subscriptas divisas contentam ad omnimoda animalia sua ad grangiam suam de Harewod^h qualitercumque pertinencia et nomine dictorum abbatis et conventus de predicta grangia ad pascua exeuncia et per voluntatemⁱ eorundem quoquomodo ad dictam grangiam commorancia, videlicet a Serlforkes per Herewardstrete versus austrum usque viam que ducit de Derley ad Scheterley,^j et inde ascendendo per Paystonthirst usque de Wiliswodd,^k et de Wiliswod^l ascendendo usque in Alewoldsettes,^m et inde usque divisas de Walton descendendo per easdem divisas usque Astwode, cum libere introitu et exitu et aliis quibuscumque aysiamentis suis. Concessi etiam et omnino quietum clamavi de me et heredibus meis et quibuscumque assignatis meis eisdem abbati et conventui et eorum successoribus, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, liberum et quietum eschapium omnimodorum animalium suorum ad predictam grangiam de Harewode eorundemⁿ quoquomodo ad predictam grangiam commorancium per totam moram de Essover ultra predictas divisas, sine omni calumpnia et perturbacione mei et heredum meorum et quorumcumque assignatorum meorum. Et ego predicta Margeria et heredes mei et assignati mei dictam communam^o pasture et predictum eschapium ad omnimoda animalia sua, prout superius dictum est, cum libero introitu et exitu et aliis aysiamentis suis predictis abbati et conventui et eorum successoribus, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, contra omnes gentes warantzabimus, adquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium tam ego predicta Margeria pro me et heredibus meis et assignatis quam predicti abbas et conventus hiis scriptis cirographatis alternatim sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus: domino Willelmo de^p Reyrisby,^q Waltero de Mighale,^r Willelmo de

Foliambe,^s Roberto le Graunt, Johanne le Brimington,^t Rogero le Bret, Hugone de Taxforth,^u Hugone de Linacre,² Petro de Bernis.^v

L p. 41.

R = Cambridge University Library, Add. MS 3897, pp. 4–6, transcript no. 4 by John Reynolds, junior, dated 11 February 1777. Reynolds describes an oval seal of green wax, almost all broken off; of the circumscription nothing remains except ...IS + SIG...

^a fuerit R ^b Scaruesdale R ^c Folkingham R ^d *communuaverunt* L

^e extat L ^f quieteclamaui R ^g *communiar* R ^h Harewode R

ⁱ *pro uoluntate* R ^j Scheterleye R ^k Deruiliswode R ^l Deruiliswode R

^m *Alewoldsetes* R ⁿ *Harewode eorundem: Harewod qualitercunq; pertinencium et nomine dictorum*

abbatis et conventus de dicta grangia ad Pascua exeuncium et pro uoluntate eorundem R

^o *communiar* R ^p le R ^q Steynesby R ^r *repinghale* R ^s *Folejambe* R

^t *Brummington* R ^u *Tuxforth* R ^v *Bernis: Bernis, Johanne de bircheved* R

¹ Abbot William of Folkingham occurs 1296 (see above no. 99), died 1324 (D.M. Smith and V.C.M. London (eds), *Heads of Religious Houses: England and Wales, II: 1216–1377* (Cambridge, 2001), p. 494; H.M. Colvin, *The White Canons in England* (Oxford, 1951); see also Leake 9 (below).

² John of Brimington, Roger le Bret, and Hugh of Linacre appear together as witnesses in 18, 33, 39, 40, 51, and Leake 9.

9. Gift in free alms – following a dispute in the wapentake of Scarsdale between abbot William of Folkingham and the convent of Beauchief on the one hand and Robert of Reresby, son and heir of Ralph of Reresby, on the other over the boundaries of the pasture on the moor of Ashover – by Robert to Beauchief abbey of common of pasture on the moor of Ashover for all their animals kept at Harewood grange within the following boundaries, viz. the land contained in the area from Serleforkes by Hereward’s Street south to the road which leads from Darley to Shooterslea, and then up past Peasunhirst to Develiswode and up further to Alwaldesetes, then from Walton down to Eastwood; and of freedom from fines for escaped animals for the whole moor of Ashover beyond the aforesaid boundaries. Chirograph. [1290–1320]

Omnibus Cristi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris Robertus de Rerysby filius et heres Rad[ulph]i de Rerysby salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod cum contencio mota fuerit in wapentak de Skerinsdale inter fratrem Willelmum de Folkyngham abbatem de Bello Capite et eiusdem loci conventum ex

una parte et meipsum ex altera, super certis divisis in pastura^a more de Essover in qua predicti abbas et conventus et eorum predecessores communicaverunt a tempore cuius^b non existat^c memoria cum omnimodis animalibus suis ad grangiam suam de Harewod quocumque modo pertinent[ibus], tandem communibus amicis intervenientibus quievit predicta contencio in hac forma, videlicet quod ego predictus Robertus concessi et de me et heredibus meis et quibuscumque assignatis meis omnino quietum clamavi, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, predictis abbati et conventui et eorum successoribus predictam communam pasture^d in mora de Essover infra supradictas divisas contentam, ad omnimoda animalia sue ad grangiam suam de Harewod qualitercumque pertinentes, et nomine dictorum abbatis et conventus de predicta grangia ad pascua exeuncia et per voluntatem eorundem quoquomodo ad predictam grangiam commorancia, videlicet a Serleforkes per Herwardstrete versus austrum usque viam que ducit de Derley ad Scheterlei, et inde ascendendo per Paystonhyrst usque Develiswode, et de Develiswode ascendendo usque in^e Alewoldsetes' et inde usque divisas de Walton^f descendendo per easdem divisas usque Astwode, cum libero introitu et exito et aliis quibuscumque aysiamenis suis. Concessi enim et omnino quietum clamavi de me et heredibus meis et quibuscumque assignatis meis eisdem abbati et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam liberum et quietum eschapium omnimodorum animalium suorum ad predictam grangiam^g de Harewod qualitercumque pertinentium, et nomine dictorum abbatis et conventus de dicta grangia ad pascua exeuncium et per voluntatem eorundem quoquomodo ad predictam grangiam commorancium, per totam moram de Essover ultra predictas divisas, sine omni calumpnia et perturbacione mei et heredum meorum et quorumcumque assignatorum meorum. Et ego predictus Robertus et heredes mei et assignati mei dictam communam pasture et predictum eschapium ad omnimoda animalia sua, prout superius dictus est, cum libero introitu et exitu et aliis aysiamenis suis predictis abbati et conventui et eorum successoribus, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium tam ego predictus Robertus pro me et heredibus meis et assignatis meis quam predicti abbas et conventus hiis scriptis cyrographatis alternatim sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus: domino Willelmo de Staynesbye, Waltero de Bringhale, Willelmo Foleiaumbe, Roberto le Graunte, Johanne de

Brimyngton, Roger le Bret, Hugone de Tuxforth, Hugone de Lynacre, Petro de HERRIS, Johanne de Byrgeved, et aliis.¹

L p. 4r.

^a *de* struck through. ^b *not* struck through. ^c *extat* L
^d *pasture* interlined. ^e *Alewoldstettes* struck through. ^f *decess* struck through.
^g *comorancium per totam moram de Essover ultra d predictas divisas sine* struck through.

¹ See also Leake **8**. John of Brimington, Roger le Bret, and Hugh of Linacre appear together as witnesses in **18**, **33**, **39**, **40**, **51**, and Leake **8**. Petro de HERRIS may be a misreading by the Elizabethan scribe of Petro de Bernis, a frequent witness of contemporary charters.

10. See **183**.

11. See **187**.

12. See **188**.